

F. N. 73.

(X 2045039)

Za
1775

VICTORIAM ET PACEM,
Salutemqve Omnigenam,

à
Sanctissimo ac Invictissimo ECCLESIAE,
Ejusdemqve *Exercitus Cœlestis Duce,*

JEHOVA,

Ipsius Ecclesiae Sacro-Sanctæ,
Ejusqve & *Pacis* Filio ac *Viro-Exercitus*
Exercito & Exercitissimo,

Reverendo-admodum Illustri & Generosissimo

Domino, DOMINO

**GOTTHOFREDO
HERMANNNO**

à *Reichlingen*

In *Zschorne / Baselis & Thaltwis Dynastæ,*
Canonico Wurzenfi,

Divis Ducibus - Electoribus Saxonibus

JOHANNI GEORGIO II.

Nec non

JOHANNI GEORGIO III.

Pacifico & Imperterrito,

A Consiliis olim supra Quadriennium Vicenariis Aulicis & Provo-
cationum Primariis, Moderni autem

Serenissimi Ducis ENSIFERI

JOHANNIS GEORGI IV.

Gloriosissimi,

Ejusdemqve *Curie Supremæ,* quæ est Lipsiæ,
Præfidi Eminentissimo,

Cum Hic ab

Eodem NOVEM-VIRO CELSISSIMO,

Ipsius *Proto-Synedrio, Sacratissimo Justitiæ Sacræ Templo*
Summus Præficeretur ANTISTES,

Gratatur & Gratulatur

Vovet Optat & Exoptat

Illius Devotissimus

Ratâ Gaudens Dice

Sacrâ.



DRESDÆ, Literis RIEDELIANIS, 1693.

V. 73. F.

VICTORIA ET PACEM

Salutemque Omnia

Sacrosanctae Imperialis

WILHELMINA

Reginae Britanniae, Saxoniae, Hannoverae, etc.

Reverendo Patri et Generoso

GOTTHOFREDO HERMANNO

Philosopho

in Jena, etc.

JOHANNI GEORGIO II.

JOHANNI GEORGIO III.

JOHANNIS GEORGI IV.

ROBERTO NOVEM-VIRO CELESTISSIMO

Summo Praefecto

JOHANNI GEORGIO II.

JOHANNI GEORGIO III.

JOHANNIS GEORGI IV.

ROBERTO NOVEM-VIRO CELESTISSIMO

Summo Praefecto



Proto-Synedrio Electorali Saxonico,
Ecclesiae Augustanae per Germaniam Sedi Principi
PAX SALUS NOVA oritur & VICTORIA,
Præses Ipsi dum præficitur *Illustris* BEICHLINGIUS.
Pugnare nemini magis Proprium est quàm *Ecclesiae*,
Vincere autem Ejusdem Votum & Desiderium.
Utrumqve *Illustris* Beichlingii promittunt *Prænomina* *Illustria*,
Pugnam scilicet & *Pacem*, quæ Seqvela est *Victoriæ*,
Ipse autem dudum se jam probavit *Ducem* *Exercitus*,
Non Nomine tantum & Omine
Sed Rebus simul feliciter ac summa gestis cum laude.



Antiquissima (a) *Beichlingiorum* est Familia,
Et nota fuit antequam natus est *Germanorum Imperator*
Primus Omnium & Maximus, *Carolus Magnus*,
Militaris *Beichlingios* Virtus in Ordinem evexit *Comitum*,
Virtutes autem Cæteræ in *Episcopos* & *Archi-Episcopos*.
Omnes Illæ & Singulæ Hoc in Unico vivunt *Beichlingio*,
Et Famam Ejus extollunt, Hic autem illorum auget.



Peractis in *Ephebéis* & *Lycéis* Tyrociniis,
Palæstram Omnium primam invenit *Wurzenam*,
Ubi in Consilio Episcopali egit *Consiliarium*,
Paulò autem post Consilii Principem, seu *Cancellarium*,
Justitiæ tam *Civilis* quàm *Ecclesiasticæ* Caput.
Sed *Scientiæ* tam *Augustæ* Virum
Locus retinere haud poterat *angustus*,
Mox *Augusta* Ipsum Capiebat *Dresda*,
ut *Consilium Aulicum* suo fulciret *Consilio*,

Columna Ejusdem fuit Maxima & Pyramis Pulcherrima,
Quæ integrum supra IV. stetit Vicennium.

Lumen quoq; fuit & *Columen* Ingens Senatus Provocationum,
Utrobique *Directoris* quàm sæpissimè functus est Partibus,
Et *Ducem* se præstitit *EXERCITUS* contra *Injustitiam*,
Quam vicit millies & de pacta triumphavit *Pace*,
Pacis amans & ambiens, litium Amentes emendans.

* * *

Triumphos istos sub *Duobus* peractos *Electores*,
JOHANNE GEORGIO II. & III. Utroqve Divo,
Eorundem *Nepos* & *Filius* Ejusdemque Nominis IV.tus,
Seu bis II. Clementissimo agnovit Animo,
Et *Laurus* locò *Victori* Beichlingio
Præsidis contulit officium *Supremæ Lipsiensis Curiaë*.

Sed pro laboribus Tricennalibus haud suffecit hoc unicum,
Additum hinc est Munus *Summi Antistitis* in *Proto Synedrion*,
Seu Sanctissimo *Justitiæ Ecclesiasticæ* Templo.

Longas post Moras attamen ante Mortem
Piis surgit *Lux*, *Honos* & *Dignitas*.

Tam tardè autem venit, quia venit à DEO,
Illorum enim *Pax* & *Salus* *Finis* [b] est, non *Initium*,
Impiis autem *JUS* est *VIS*, quâ sibi Bona rapiunt,
Et Florent in *Principio*, sed Eorum *Finis* exciditur, [c]
Lentiùs incedunt *Pii*; sed currunt & Festinant *Impij*, [d]
Ut Iram Divinam incurrant & suam Ruinam.

* * *

Ducem hunc seu *Præsidem* quis non diceret *Exercitatum*?

Nullum ferè Genus Pugnae est, quò *Fortuna* Ipsum non exercuit,
Ut nomine & Omine *VIR* sit *EXERCITUS* Exercitatus,
Nullus erit Gradus quem non fuerit transgressus,
Nullum Periculum quod non superaverit.

Tanto lætatur *Præsides* *Protosynedrion*
Et Cum Ipso simul *Ecclesia Augustana*,
Quia cum Hâc Ille pugnare novit adversus Hostes,
Aciam instruere & Agmen ducere Militum,

Præ-

Prælium inchoare Eôq; peractô reportare Victoriâ,
 Delectum enim habet Militum Censor Prudentissimus,
 Fortes conscribit, Cordatos & Pugnaces,
 Exemplô Christi animosum eligentis Paulum cælitus,
 Ut tantô Ipsum Zelo propugnaret, [e.]
 Quanto Nomen Ejus oppugnavit,
 Sic mediis in Vitiis Virtutes cognoscit Divina Perspicacitas
 Virtutes autem in Virtutibus haud deprehendit Humana Cæcitas
 Et Easdem esse Vitia putat Ille, qui Ipse Vitiosus est.
 Pusillanimes & Imbelles DUX noster excludit Omnes,
 Qui tam pugnare quàm propugnare & oppugnare nesciunt,
 Exercitatos legit præ Inexercitis, Notos præ Ignotis,
 Pugnare jubet Singulos Animo & Corpore,
 Ac strenuè Pugnantibus & bene Merentibus (f) tribuit Præmia,
 Vix autem benè pugaatur Corpore, si penes Hostes est Animus,
 Vel si Membrum aliquod Corpori pugnantî repugnat,
 Et Immeritis conferuntur Præmia, qui inertia meriti sunt Pœnas.

* * *

Talia cavet Cata Catonis Beichlingii Prudentia,
 Quæ ipsi nunquam defuit, Rebus magnis dum præfuit,
 Nec porro ipsi deerit, Sacro Synedrio dum præerit,
 Non tantum præerit; sed millies quoq; proderit,
 Ibi enim semper profuit, Ubicumq; præfuit,
 Nec præesse voluit, nisi profuturum se noverit.
 Fortunam Ultramq; & tam bona quàm Mala
 Ferre novit Dux Exercitatus Beichlingius,
 Sic tamen ut Mala corrigat, & bona erigat,
 Non enim semper eadem Rerum potest esse Facies,
 Quia lidem non semper manent Homines,
 Malis namq; suis sibi sæpe Mala accersunt.
 Et Mala si quæ veniunt, Divinæ sunt Pœnæ. [g]

* * *

Nullum tamen ferè Malum est, ex quo non colligat Bonum Pius,
 Ex Elatorum Superbia Contentus discit Humilitatem.

A 3

Ava-

Avaritia aliorum & *Invidia* Prudenti confirmant *Sufficiētiā*,
Philantia & *Arrogantia* Oppressos docent *Patientiam*,
Mala Hæc & alia *PIOS* excitant ad Preces,
Incendunt Corda ad *Devotionem* & *Timorem* DEI,
Ac *Amorem*, qui extinctus forsan fuit, in Proximum,
Sic Mala tandem evertuntur, Malis ipsis *conversis*.

* * *

Præses autem *Beichlingius* mille præ se fert *Virtutes*,
Honestis enim se *communicat* Omnibus, Negans se nulli,
Nemo erit, cui non fuerit *BONUS*, etiam *Malis*,
Malos tamen sic amat, ut Eorum Malitiam *emendet*,
Et nemo Malus ab Eo recedit, nisi factus sit *Bonus*,
Nemoque Bonus Ipsum accedit, qui *Melior* non abierit.
Raræ Ipsius Virtutes Nemini magis invisæ sunt,
Quàm *Diabolo*, Ipsiusque Filiabus, *Morti* & *Invidiæ*,
Hinc *Morbis* invasus *Beichlingius* est sæpius,
Sed *Iustorum* Votis & *Piorum* Suspiriis evasit Felicissimus,
Ut Superesset Ecclesiæ & *BONO* simul *Publico*,
Quæ servantur, servatò *Beichlingio*, *Publicolâ*,
Qui hoc Officio Valentior erit *Valerius*,
Ad Publica servanda est natus hinc denasci non potuit,
Nec *denascetur*, nisi *deleta Mala* multa fuerint.

* * *

Arma Ecclesiæ non sunt *Gladius*, *Galea* & *Clypeus*;
Sed *Lacrymæ*, *Preces*, *Vota* & *Suspiria*,
Locò tamen Clypei est *Fides*, [h] pro *Galea* Cœlestis *Salus*,
Pro *Gladio* *Spiritus Sanctus* & *Verbum* *Divinum*.

* * *

Armanti se ad Bellum *FRIDERICO* II. Electori Saxoni,
Non alia quam *Ecclesiæ* objecit *Arma*
FRIDERICUS Comes à *Beichlingen* / (i)
ARCHI-EPISCOPIUS *MAGDEBURGENSIS*,

Causam

Causam commisit DEO, Duci suo & Parastatae,
Auditis His Elector cum DEO pugnare noluit,
A Bello destitit, dum Archi-Episcopus in DEO constitit,
Et Victorem hunc Victus Ille *amavit*,
Contra quem se *armavit*.

* * *

Eodem Duce & Parastatâ *Beichlingius*
Protosynedrialis Officium suscipiens Præsidis
DEUM suspicit, Eiqve Rem committit, Cujus est *Ecclesia*,
Qvi Eam defendet contra *Hostes & Mala* Omnia,
Adsunt *Arma*, & Præsens est *Dextera* Altissimi,
Qvam Superare *Nemo* potest Hominum,
Nec *Princeps* Mundi unâ cum *Portis Infernalibus*,
Sed Omnes Commissâ Pugnâ cedunt *Victoriam*,
sic *Beichlingius* est Victor, *Pacem* parans *Ecclesiae*,
Et *Ecclesia* cum *Republica* *Beichlingium*
Felicissimum *Proto-Synedrii* salutat Præsidem,
Ecclesiastici *Exercitus Ducem*, *Pacisq;* Filium,
Continuam Ipsi optans *Victoriam!*
Pacem & Salutem Omnigenam,
Perpetuam,
Et in *Posteris* Non-Interituram!
DEI Curam!

NOTÆ ENODATÆ:

- (a) Spangenberg im Adel-Spiegel Parte I. libr. 7. Cap. 18. fol. 112. woselbst unter denen Aeltesten von Adel auch die von Beichlingen angeführet werden/ dergestalt / daß aus solchen alten Geschlechtern XII. Regenten in Deutschland vor dem Ersten Kayser Carolo Magno erkohren.
- (b) Psalm. 37. v. 37. (c) v. 38.
- (d) Gen. 33. v. 14. & ibid. Glossa B. Lutheri Margin.
- (e) Idem Luth. de Conversione Pauli.
- (f) L. fin. Cod. de Statuis & Imagin. Ubi in Princ. Er Virtutum PRÆMIA tribui MERENTIBUS convenit, & Aliorum Honores aliis DAMNORUM Occasionem fieri non oportet.

(g) Luth.

29/115

(g) Luth. in Sermon. Mensal. Capite 2. von Gottes Wercken. §. GOTT braucht des Bösen zum Guten. Ubi inter alia: Hoffart und Reichardt sind und bleiben schlechter Dinges Teuffelische Laster / doch braucht GOTT derselben auch wohl zum Guten / aber widersinnisch / nicht in denen / die damit besleckt und verblendet sind / sondern in denen / so von denen Hoffärtigen verfolget werden / 2c.

(h) ad Ephes. 6.

(i) Matth. Dresser. in Isagoge Historica Tit. Von denen Erz. Bischöffen zu Magdeburg/ fol. 857.

Den Erz. Bischoff zu Magdeburg / Friedrichen / Grafen zu Beichlingen / wolte einmahls Chur-Fürst Friedrich zu Sachsen mit Krieg angreifen / schickte aber zuvor einen Kundschafter aus / der solte nachforschen / wie sich der Erzbischoff zur Gegenwehr rüstete. Als aber derselbe seinen Fürsten zur Antwort brachte / wie daß derselbe gar stille säße / und in der Kirchen seines Ampts wartete / sich auch keiner Feindschafft besorgete / sondern die ganze Sache dem lieben GOTT heimstellte / ließ der Churfürst auch stracks den fürgenommenen Krieg anstehen / und sagte daneben diese Worte: Ey so müste ich gar ein Narr seyn / wenn ich mit dem kriegete / der GOTT vertrauet / und Ihn den Krieg befiehlt.

Alii referunt sic: Daß der Chur-Fürst gesaget: Wohlan / hat Er GOTT im Himmel die Sache befohlen / und Ihn zum Bestande angenommen / So behüte mich GOTT / daß ich wider Ihn kriegon solte / sintemahl solchem HERRN die Macht der ganzen Welt nichts abzugewinnen vermag.



(a) ...
(b) ...
(c) ...
(d) ...
(e) ...
(f) ...
DAMNORUM Occasionem fieri non oportet.
MIA tribui MERENTIUS conuenit. & Altorum Honoribus
L. in Cod. de statuto & iurisdictione. Ubi in Princ. Er. Virum et RR. FF.
idem Luth. de Conversione Pauli.
Gen. 22. v. 14. & ibid. Glos. B. Lutheri Margini.
Psal. 27. v. 38. (c) v. 38.
lang vor dem Tode Kaiser Carolo Magno erloffen.
dergeschalt. Das aus dem ...
von ...
...
(g) Luth.

1078

110

F. N. 73.

(X 2045039)

Za
1775

VICTORIAM ET PACEM, Salutemqve Omnigenam,

Sanctissimo ac Inviictissimo ECCLESIAE,
Ejusdemqve *Exercitus Cœlestis Duce,*

JEHO

Ipsius Ecclesiae Sa
Ejusqve & *Pacis* Filio ac
Exercito & Exe

Reverendo-admodum Ill

Domino, D

GOTHO

HERMA

à *Beich*

In *Ischorne / Baseliz*
Canonico V

Divis Ducibus - Ele

JOHANNI GE

Nec ne

JOHANNI GE

Pacifico & Iv

A Consiliis olim supra Quadrienn
cationum Primariis

Serenissimi Du

JOHANNIS G

Glorios

Ejusdemqve Curiae Supr

Præfidi Emi

Cum H

Eodem NOVEM-VII

Ipsius Proto-Synedrio, Sacratissimo

Summus Præficeretur ANTISTES,

Gratatur & Gratulatur


Vovet Optat & Exoptat

Illius Devotissimus

Ratâ Gaudens Dice

Sacrâ.

DRESDÆ, Literis RIEDELIANIS, 1693.



N. 73. F.

